



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

leiunij incitamenra sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

clusit ora leonum, & non nocuerunt  
mihi, quia coram eo iustum inuen-  
**Pro. 13** tum est in me. Prou. Iustitia custodit  
innocentis viam, impietas uero pe-  
catorum supplantat; iustitia leuat gen-  
tem, miseros facit populos pecca-  
tum. Secundum quam ultimam sen-  
tentiam apparet secundum bonum  
iustitiae, quod est bona temporalia tri-  
buere. Tertium est, quia homini pa-  
**Psa. 65.** cem dat, & sic locum Deo parat in ho-  
mine. Psal. Factus est locus eius in pi-  
**Isa. 32.** ce, &c. Et Isa. Erit opus iustitiae pa-  
Quartum est, quia spem in morte tri-  
**Pro. 14.** buit. Prou. Sperat iustus in morte  
sua. Quintum est, quia eternam bene-  
ditionem parat. Psal. Tu benedices  
**Pro. 10.** iustum, &c. Prou. Benedictio domini  
**Ecc. 20.** super caput iusti, &c. Ecclesiasticus.  
Qui operatur iustitiam ipse exalt-  
bitur, &c.

*Ieiunij incitamenta sunt  
quatuor.*

**P**Rimum est, quia Deo placet  
quod potest ostendit duplice;  
primo per eius. Precepit enim  
ieiunium quadrupliciter. Primo per  
**Gen. 3** se, Adæ & Euæ in Paradiso quando  
præcepit abstinere à ligno scientia  
boni ergo

INSTITVTO. 125

boni & mali. Secundo per legem Moy-  
sis. Leuit. 16. Sabbatum enim requie:  
tionis, & afflictionis est. Tertio per  
phophetas, idest per Moysem, Eliam,  
Danielem, Iohelem & huiusmodi.  
Sæcificate iejunium, uocate cœtum,  
&c. Quarto per Apostolos. Cor. 11.  
In fame & siti, &c. Secundum per  
eius exemplum, sicut, quando ieju-  
nauit quadraginta diebus, & quadra-  
ginta noctibus. Tertium est, quia dia-  
bolo displicet. Matt. Hoc genus dæ-  
moniorum non eiicitur nisi in oratio-  
ne & iejunio. iejunium enim cogit  
diabolum exire ab homine, sicut fa-  
mes cogit lupum exire de nemore,  
quia ponit illum in siccō, ubi requiem  
non inuenit. Matth. Cum immundus  
spiritus exierit ab homine, ambulat  
per loca arida quærens requiem &  
non inuenit. Quartum est, quia ho-  
mini multum prodest. sed uide in se-  
quenti capitulo.

Matt. 4

Mat. 14.

*Ieiunij bona sunt quatuor.*

**P**rimum est, quia iejunium rectè  
factum misericordiam Dei im-  
petrat. Ionæ. 3. Facto iejunio mi-  
fertus dominus in inuitis. Ber. Bonum  
ergo & salutare iejunium quo remit-

L 5

Ionæ. 3  
Ber.